Ovid. Eleg. 1. lib. 2. Trist.

Sed neque me nuptæ didicerunt furtæ magistra. (id est, adulteria.) Ibidem,

Non potuit Veneris furtæ tacere sua.

¶ Item pro insidiis. Virg. 11. Æneid.

Furtæ paro belli convexo intramite sylva,

Armatæ ut bivias obfidam milite fances.

Salust. lib. 2. hist. Metu gentis ad furtæ peridoneæ. Ovid. 13. Me- tamorph.

— furtisque & fraude simillimus illi.

Ibidem,

Rem gerit, & furtis incantum decipit hostem: id est, dolis, fraude, insidiis. Eodemque penè sensu dixit Velleius, Furto creatus Pontifex M. Lepidus. Nisi dicas cum quibusdam furto, ibi adverbias- cere, & significare idem quod furtim, sive clam. ¶ Furtæ domesticae vocantur, quæ servi dominis, vel libetti patronis, vel mercenarii illis apud quos degunt, surripuerunt.

Furtim, adverb. Significat latenter, clàm. { λαθαῖσι. GALL. En cachette, secrètement. ITAL. Nascoamente, celata mente. GERM. Heimlich, verstoßen. HISP. Hurtadamente, escondidamente. ANGL. Quietly, by stealth. } Virg. lib. 3. Æneid.

Hunc Polydorum auri quondam cum pondere magno
Infelix priamus furtim mandarat alienum.

Cic. de lege Agrar. Quid Alexandria? quid cuncta Ægyptus? ut occultè latet? ut recondita est? ut furtim tota Decemviris traditur? Furtim habere servum alienum, est occultare: cui opponitur palam habere. Ovid. Eleg. ult. lib. 4. Trist.

Inque suum furtum musa trahebat opus.

Idem Eleg. 1. lib. 3. || Fortom, furtim. Inscr. antiq. ||

Hac ubi sum furtim lingua titubante loquitutus, &c.

Furax, acis, dicitur qui proclivis est ad furandum, qui à furto abstine non potest. { הַנְּבֵא גָּנָבֶה. ἀνίκητος. GALL. Grand larron, ad- donné & enclin à dérober. ITAL. Furace, nato ad rubbare. GERM. Diebisch/auss diebstall geneigt. HISP. El que mucho hurtar à escon- dididas. ANGL. Theenish, naturallie geven to stealing. } ut, Furax aleator, Furax servus, Furaces manus. Cic. 2. de Orat. Ridiculum est illud Neronianum vetus in furace servo, solum esse, cui domi nihil sit obsignatum & occlusum. Idem in Pison. Nam quum timi- dus ac tremens tuis ipse furacissimis manibus detraictam cruentis fascibus lauream, &c.

Furacula, tenebra. Gloss. Isid. quas scilicet fures observe solent ad artes suas. Ibid. Furfuraculum, tenebra. ||

Furacitas, atis: Proclivitas, seu inclinatio ad furandum. { λαθαῖσι, τὸν περιθέμα διδυγός. GALL. Envie de dérober, & faire larrecin, inclination à larreciner & dérober. ITAL. Rubbamento, inclinatione à rubbare. GERM. Ein diebische art. HISP. El habito de mucho hurtar assi. ANGL. A inclination to stealing. } Plin. lib. 10. cap. 29. Cui soli avi furacitas auti argenti præcipue mira est.

Furaciter, adverbium. { λαθαῖσι, κλοπαῖς. GALL. Avec affection ou intention de dérober. ITAL. Con affetto di rubbare. GERM. Mit lust gestalten, HISP. Congana de hurtar, ANGL. Theedify. } Cicero in

Vatin. Quinque omnium domos, apothecas, naves furacissime seru- tare.

Furtivus, a, um, quod furtio ablatum est. { הַנְּבֵא גָּנָבֶה, בְּנֵבֶן נִגְהַנְּמָה. κλοπαῖς, κλοπής. GALL. Fait en cachette, furtif, dérobé, pris par larrecin. ITAL. Furtivo, rubbato. GERM. Gestolen. HISP. Cosido hurtable, à hurtada. ANGL. Dooneby stealth or prively stolen. } Plaut. in Cne. sc. 2. a. 5. Qui scias mercati furtivas, atque ingenuas virgines, ambula in jus. Idem in Persa. Adduxi simul forma ex- tendat libertalem mulierem, furtivam, abductam ex Arabia penitissima. ¶ Quandoque furtivum dicitur clandestinum, Unde & furtivæ litteræ, & furtiva scripta, quæ artificio quodam sunt, ne legi ab alio quam ab eo ad quem scribuntur possint: qualis erant quas Lacedæmonii σαντάλια vocabant. Gell. lib. 17. c. 9. Res quasdam occul- tas nuntiare Regi furtivo scripto volebat. Sic Furtivæ excusiones. Liv. lib. 4. bell. Pun. Et furtivum iter, apud Cic. in Pisoniana. Catull. ad Ortalum.

Ut missum sponsi furtivo munere malum.

¶ Furtivæ res, pro adulteriis: Addepol ni illate furtivis rebus sciat operam dare.

Furtivè, adverbium: Pro furtim. { κλεπτικῶς, κλοπικῶς. GALL. Furti- vement, en cachette. ITAL. Furtivamente, di nascosto. GERM. Diebisch / heimlich / verstoßen. HISP. Hurtablemente, à escondidas. ANGL. Quietly, by stealth. } Plaut. in Pœn. Certiore esse to volui, ne quid furtivè, aut clàm accepisse censeas. Ulp. D. lib. 41. tit. 2. l. 6. Clàm possidere eum dicimus, qui furtivè ingressus est possessionem.

Furtificus, a, um, quod furtum facere solet. { הַנְּבֵא גָּנָבֶה. κλεπτος. GALL. Qui fait, ou est coutumier de faire larrecin. ITAL. Che suole far furto. GERM. Der desf stâlens gewont ist. HISP. El que ha- ze hurto. ANGL. That useth to steal. } Plaut. in Pœn. Ubi illi altera est furtifica lana, Idem in Pseud. Ut prærodatis vestras furtifi- cas manus.

Fürör, aris: Furtum facio, clàm alienum aufero, compilo, expilo, clàm eripio. { הַנְּבֵא גָּנָבֶה. κλέψω. GALL. Dérober, faire larrecin. ITAL. Furare, rubbare. GERM. Stählen. HISP. Hurtar de escondidas. ANGL. To steal. } Cic. 6. Verr. Tum primum intellecti ad eam rem istos fratres Cyribatas fuisset, ut iste in furando manibus suis, oculis illorum uteretur. Plin. lib. 12. c. 12. Nemo furatur alteri. Cic. 3. Verr. Verres solet hæc quæ rapuit, & furatus est, dicere se emissæ. Plaut. Pseud. 2. 4. 3. Ad furandum conductus coquus. Item, Furati otium, cap. ult. lib. 20. ¶ Furari, pro furtim assequi, & furtim obrepere ad aliquid. Cicer. pro Cornelio Balb. Non enim furatus esse civitatem, genus suum ementitus, non in aliquo impudenti mendacio delitu- se, non irreplisse in censum dicitur.

FURCA, à ferendo. Instrumentum quo stramenta ferantur. { הַנְּבֵא גָּנָבֶה. κιλεσχון. καραύλης, σκελυγός. GALL. Fourche. ITAL. Forcella, for- cina. GERM. Ein gabel. HISP. Horca de dos gajos, à puntas. ANGL. A gibbet or gallows. } Virg. lib. 1. Georg.

Exeunt alii valles, furcasque bicornes.

¶ Dicitur etiam furca id quo quid sustentatur in modum furæ fa- cium. Plin. lib. 1. cap. 2. Furcas subdere his necessarium. Idem lib. 9. cap. 8. Tunc pescatores circumdant retia, furcisque sublevant. Furca, teste Plutarcho, Lignum plaustrum, quod temoni subjiciebat, καραύλης, & σκελυγός. Hanc malefici (ut infrâ dicitur) gerebant servi. In furca etiam, sed alia suspendebantur. ¶ Furca etiam ad ignis supplicium trudebantur. Prudentius, Etiam retortis brachiis eminus, Romanus actus ingerebatur rogo. ¶ Unde bifurcus, Bi- furcatus, & Bifurcatim. ¶ Furca quoque crucem significat aliquan- do. Sub furca vinclum esse. Liv. lib. 1. Figebantur furcae græssatores, Callistratus in l. capitalium, §. famosos, ff. de pœnis. Furcam fere- bant deprehensi in aliquo maleficio servi. Cic. de Divin. Quinque jam populus consedit, servus per circum quum virgis exderetur, furcam ferens ductus est. Hinc appetat furcam fuisset lignum oblon- gum in modum furæ: duas autem hinc & hinc positas superjecta una pœna, sub qua vinclvi verbabantur, aut quam frērebant qui cæ- debantur, sive servi, sive alii qui aliquid peccassent. Plaut. Men. sc. 5. a. 5. Cæsum virgis sub furca scio. ¶ Furca quid? docet Plutarch. in Coriolano. ¶ Furcae imponebatur cervix more majorum. Suet. in Ne- ron. cap. 49. ¶ Furca expellere, i. vi maxima ejicere, atque exturba- re. Horat. in Epist.

Naturam expellas furca, tamen usque recurret.

Cic. ad Attic. lib. 16. Epist. Sed quoniam furcilla extrudimur, Brute- dusum cogito. Catull.

Mentula conatur Pimpleum ascendere collem:

Musa furcillis precipitem ejiciunt.

Hoc Græcè est ἄλλαξ ξύλοις διεγράφειν: i. διφύσια.

Furcilla: Instrumentum bidentatum, tridentatum, quo utimur ad extrahendum simum.

Furcula, diminutivum. { τὸ πικέρη δίδυμη, ξύλος. GALL. Fourchette, po- tite fourche. ITAL. Forcella. GERM. Ein gabel. HISP. Pequeña hor- ca. ANGL. A little gibbet. } Livius lib. 37. Momento enim ad inane suspenso furculis ab hostibus muro pervenerunt.

Furcilla, æ, aliud diminutivum à furcula, & significat instrumentum quo frumenta cillentur, hoc est, moventur: (nam cillere, mouere est, & quo foenum, stramenta & id genus reliqua iumentis mini- strantur. } ANGL. A corne or hay forke. } Hoc rustici in foeno colli- gendo utuntur. Varto lib. 1. de re rust. Herba quum crescere desiit, & aestibus atrescit, subsecati debet, & quoad perarescat, furcillas versari. Colum. lib. 2. cap. 10. Baculis, furcillisve contundant. Vide Furca.

¶ Furcilles sunt furcilla, quibus homines suspendebant. Fest.

Furcillo suspendere, vel concutere. Vet. Dict. Monest. habet & Affur- cillo, i. juxta vel valde ad aliquid suspendere, vel concutere. Vide Gloss. Græcob. Meurs.

Furciller, dicebatur servus qui ob leve delictum cogebatur à domino ignominie magis, quam supplicii causa in vicinia furcam in collo ferre, subligatis ad eam manibus, & prædicare peccatum suum, si simus monere cæteros, ne quid simile admitterent. } εἰ διδυμοί

Fūlōv ἀγόρης, οὐ στογεῖσθαι, ταύτης. GALL. Qui porte une fourche. ITAL. Portante la force. GERM. Ein galgenbub / gals genschrengel / ein knecht der von wegen seiner missethat zu schand ein gabl wie ein galgentragen nutz. HISP. El que trae horca o corona. ANGL. A slave for punishment, bearing a gallows through, the citie or forke with his handes tied unroide. } Unde Plutarchus in vita Coriolani, Furcifer huic nomen est, quod maxima poena apud antiquos servo peccanti erat, ut is plaustrum ligatum, cui temo affigitur, spectante vicinia ferens circumageret: quod ubi factum erat, infidus a domesticis, & vicinis existimatus, furcifer appellabatur. Nam Latini lignum illud furcam appellant. Plaut. in Amph. Ego pol te istis tuis pro dictis & malefactis furcifer accipiam. Idem ibid. Pergin? Non ego possum furcifer te perdere? Idem Moſ. sc. 1. a. 1. Quid me nunc obruere furcifer? Idem Asin. sc. 4. a. 2. Ain' tu furcifer? Idem Milit. sc. 6. a. 2. Quid nunc furcifer, vidistin' ambas? Plaut. Pseud. sc. 2. a. 1. Audin' furcifer quæ loquitur. Cic. in Vatin. Quod in illo viro & tum ferendum esset, & maximis rebus quas postea gessit, oblitterandum, id tu tibi furcifer sumes? Terent. in Andr. Oh, tibi ego ut credam furcifer? Hinc Trifurcifer, insignis furcifer dicitur, sicut trivenifica, insignis venefica.

|| Furconium, Forcono. V. olim E. Aprutii: cuius rudera adhuc monstrantur ex adverso Amiterni, urbis quoque diruta. ||

FURFVR, uris, à far: reduplicatâ primâ, vel à βόεβυρ. Purgamentum farinæ. { וְבָד mappál. πίναγρ. GALL. Du son, le bran de la farine. ITAL. Semola, crufra. GERM. Kleyen krüsch. HISP. El salvado. ANGL. Branne skourfe. } Plaut. in Captivis, Tum pistores scrophi pasci, qui alunt furfure sues. Ibid. sc. 1. a. 4. Qui alunt furfure sues, ex ipsis dominis exculcabo furfures. } Furfures item Latinî appellant vitium capitis, quod & Græci πίναγρ, sive πίναγρον vocant, quum scilicet quædam quasi furfuraceæ squamulæ absque ulceratione à cute resolvuntur, præsertim in capillo, sive barba, non nunquam etiam in superciliis. Celsus & Serenus porriginem nominant. Plin. lib. 20. cap. 9. de scilla herba: Discutit & foliis strumas, quadrinâ diebus soluta. Furfures capitis & ulcera manantia illita ex oleo cocto.

|| Furfuraculum, tenebrae. Gl. Isid. ||

Furfuræs, a, um, quod ex furfure constat: ut panis furfureus. { πίναγρ, πίναγρον ἄρτος. GALL. Pain de son, ou de cruche. ANGL. Of branne. } Gell. cap. 7. lib. 11. Furfurcum panem esitare.

Furfurösüs, a, um, quod furfutes habet admistos, aut quandam furfurum similitudinem referte videtur. { πίναγρος. GALL. Plein de son, ou de telles petites ordures blanches. ITAL. Pieno di semola, o de pigli vole. GERM. Voll kleyen oder krüsch. HISP. Cosa llena de salvado. ANGL. Full of branne or skourfe. } Plin. lib. 12. cap. 25. Color in quacunque natione præfertur rufus, & pinguiter latus: deterior furfurosus.

Furfuraculum, tenebrae. Lege, Foraculum, terebra, vel furfuraculum, terebra, quia scilicet terebrâ furfures extrahuntur.

Furiæ, Furialis, Furiosus, Furibundus, Furio, Furio: vide Furor, is.

Furnianus, a, um, adject. ut Furniana vasa, à Furnio inventore fortassis dicta. Plin. lib. 33. cap. 11. Vasa ex argento mira inconstans humani ingenii variat, nullum genus officinæ diu probando, nunc Furniana, nunc Clodiana, nunc Gratiana, nunc anaglypta, &c.

FURNVS, i: In quo panis coquitur: ita dictus à furvo, id est, nigro colore, propter fuliginem, vel propter obscuritatem quam intus habet, ut inquit Porphyrio. { רַנֵּן tannur. in δέ, κλιβάρος, πίναγρ. GALL. Four. ITAL. Forno. GERM. Ein ofen/oder backofen. HISP. Horno para cozer pan. ANGL. An oven. } Différèque à clibanu, quod clibanus mobilis est, & quasi patvus furnus, testaque aliquando tegitur, sed ferre è metallo fit. Interdum etiam ex lapide constat, non tam panis, quædam aliis dæibus coquendis serviens. Furnus vero ex elementis, scilicet lateribus & calce constat, magnusque & immobilis est. Plin. lib. 19. cap. 1. Cortices quoque decussi ligni clibanis & furnis præbent usum. Plaut. Casin. Una ædepol opera in futnum calidum condito. Ovid. 6. Fast.

Sola prius furnis torrebant farra coloni.

Os furni, Prefurnium dicitur. Sipont. In frigidum furnum panes immittere, εἰνὶ ψυχήσοις ἐνὸς τὰς ἀρτες ἴμβαντος, dicuntur & hodie qui docent indocilem, qui monent aversum, aut qui aliqui inanem sumunt operam. Refertur apud Herodotum in Terpsichore.

Furnacæs, a, um, quod in furno coctum est: ut panis furnaceus. { κλιβάρινος ἄρτος. De four, cuuit au four. ITAL. Cio che è cotto in forno. GERM. Das im ofen gebacken ist. HISP. Cosa cozida en horno. ANGL. Of an oven or baken in the oven. } Plin. lib. 19. cap. 9. Nam furnaceis panibus binas adjiciunt libras.

Furnærlæ, æ, absolute dicitur. { δερτλæ. GALL. Boulangerie, l'art de faire du pain. ITAL. L'arte del fornacio. GERM. Das brodtbecken handwerk. HISP. Arte del horno. ANGL. The craft of baking bread in an oven. } Sicut coenicularia, & sagaria. Dicitur autem quis furnariam exercere, qui ex furno, panisque coctura quæstum facit, vel qui furnos locat conductoribus. Suet. de Vitellio, Cujus filius sectionibus & cognitibus uberioris compendium nactus, ex muliere vulgari Antiochi cuiusdam furnariam exercens filia, equitem Romanum genuerit. cap. 2.

Furnærlüs, qui furnariam exercet, sive qui furno exerceudo & coquendo operam dat. { ANGL. A baker of bread. } Ulp. l. 24. D. de damn. infect. Si furti nomine damni infecti fuerit cautum, deinde furnarii culpa damnum datum fuerit.

|| Furnicum, Φερνηνός, furni-instar habens, laqueatum, cameratum. ||

Fürör, etis: vide Furor, is.

Fürör, aris: vide Fur.

Furnalæ: Sacra sunt Furiae deæ, cuius etiam festa Furinales fert vocabantur; & Sacerdos, qui haec sacra peragebat, flamen Furinalis dictus est. Authores Vattro & Festus: quanquam apud Festum corrupte, ut arbitror, legamus furnalia. Vide Varronem de L. L. lib. 4. cap. 6. Ipsa vero Furinalis dea, est Furia, sive Erinnys. Plin. de

virus illustr. In lucum Furinæ pervenit, de Graccho: quod Plutarch extulit, φθάδις ἡτοῖς ἔλεσι θυλάρι.

FVRÖR, is: Gravior, diuturniorque mentis alienatio, ex vitiato principiis animæ facultatis instrumento originem habens. פְּרָרָה hebræb, פְּרָרָה charón, ινυών schighghabón. θυλάρι Δλανις πλαρφορ. GALL. Furor, rage, frenesie, folie furieuse. ITAL. Furore, impeto, pazzia. GERM. Wütigkeit, onninnigkeit. HISP. Ira, furia, locura. ANGL. Madnesse, rage, furie. } Senec. cap. 4. de consol. ad Marc. In primo furore cum maximè impatientes & ferociæ sunt miseræ. (De luctu.) Idem cap. 8. al. 27. de consol. ad Polyb. Quis est iste furor nunquam dolere sinere. Ovid. 13. Metam.

— detrectavitque furore

Militiam ficto.

Quomodo autem differat ab insanâ, docet Cic. lib. 3. Tu se his verbis: Itaque non est scriptum, si insanus, sed si futiosus esse incipit. Insaniam enim esse censuerunt inconstantiam sanitatem vacantem, quæ tamen possit tueri officium, & vitæ communem cultum, atque usitatum: furorem autem rati sunt mentis ad omnia cœtitatem. Quod quum majus esse videatur quam insanâ, tamen ejusmodi est, ut furor in sapientem cadere possit, non possit insanâ. Virg. 2. Æneid.

Instamus tamen immemores, tacique furore.

Et monsrum infelix sacrata sistimus arce.

Cicer. de Arusp. resp. A diis quidem immortalibus quæ potest homini major esse poena furore, atque dementia? Pro mente vi quædam divina concitata, qualis est furor Poëtarum: Poëtam magnum esse non posse sine furore. Idem paulò ante. Inest igitur animis passagatio extrinsecus injecta atque inclusa divinitus: ea si crast acrius, furor appellatur, quum à corpore animus abstractus divino instinctu concitat. Ovid. Eleg. 1. lib. 4. Trist.

Forsitan hoc studium possit furor esse videri.

Sed quiddam furor hic (Musarum) utilitatis habet.

Item de sumptu profusissimo. Suet. in Neron. cap. 31. Ad hunc impendorum furorem, &c. Dictus furor, quod eo corruptus, huc que illuc temere feratur.

Furiæ, arum. { ερινύες, ἀλεκτρες, δύπιδες. GALL. Furies. ITAL. Furie. GER. Die göttinen der wütigkeit von welchen die heiden hielten das than drey waren so die obelchäder in der hell peinigten. HISP. Las furias del infierno. ANGL. Furies, goodes of furie. } Dea furoris, Noctis, Achtronisque filiae, quæ tres esse putabantur, Aleクト, Tisiphone, & Megara. Virg. 12. Æneid.

Dicuntur gemina pestes cognomine Diræ,

Quas & Tartaream Nox intempesta Megaram

Vno eodemque tulit partu.

Servius, Diræ inquit, in cœlo, Furiae in terris, Eumenides apud inferos. Unde & tres esse dicuntur. Vocantur etiam Canes, ut est apud Virg. lib. 6. Æneid.

— visque canes nulare per umbram

Adventante dea.

Lucanus 6. Pharsal.

— Stygiásque canes in luce superna

Destituam.

Hæc tenus Servius. Furiæ ab Atheniensibus, κατ' Αθηναῖς, Eumenides dicebantur, quasi placabiles, & benignæ: apud quos & sicut num habebant solennibus sacrificiis celebratum, quemadmodum & lucum in Latio, qui Furiae dicebatur. Nuimen autem eorum principiæ in scelerum cognitione & vindicta, & in animorum male sibi conscientiæ exagitatione versari putabatur. Id quod potest intelligi apud Euripidem in Oreste. Cic. 3. denat. deor. Si hæc deæ sunt, cur non Eumenides? quæ si deæ sunt, quatum & Athenis furor est, & apud nos (ut ego interpretor) lucus Furiae, Furiae deæ sunt speculatrices, credo, & vindices facinorum & sceleris. Virg. 3. Æneid.

— & scelerum furii agitatus Orestes

Excipit in eautum, patriasque obruncat ad aras.

Idem lib. 4. Æneid.

Heu furii incensa feror.

Cicer. pro Roscio Amerino, Furiarum nomine à Poëtis nihil aliud significari ait, quam animum sibi male conscient, & scelerum quibusdam quasi stimulis assidue exagitatum. Nolite (inquit) putare, quemadmodum in fabulis sæpenumero videtis, eos qui aliquid impie sceleratèque commiserunt, agitari & perterriti furiatum ardenteribus. Sua quemque fraus & suus terror maxime vexat: suum quemque scelus exagitat, amentiæque afficit: suæ malæ cogitationes, conscientiæque animi terrent. Heæ sunt impiis assidue domesticæque furiae, quæ dies noctesque parentum poenas à scelerissimis filiis repeatant. Trium autem Furiarum numerus triplicem animi denotat affectum, iram, cupiditatem, & libidinem, quibus mortales in omnia facinora præcipites rapiuntur. Ira ultionem desiderat, cupiditas opes, libido voluptates: quod Furiarum proprium est, aut eorum qui furii exagitantur. Hinc Ovid. Eleg. 4. lib. 4. Trist.

— Orestes

Exactus furii venerat ipse suis.

Semper virgines furiae, αἱ παράγοντες εἰρῆνες. Proverbium obscurius deterret à peccando. Erynnes enim malefactorum ultrices corrupti non queunt, quominus poenas sumant de iis, qui commerciunt, atque hac gratia dictæ virgines. Suidas ē Sophocle.

Furia. Cicer. pro domo sua: Disrumpatur liec̄t ista furia, atque abdiat hæc ex me, quia lacestivit. Ista fax ac furia patræ. Vet. Did. Furia insania.

Furialis, e. { γυνών meschughgháh. μανίδης, μανίνετος. GALL. Furieux, forcené. ITAL. Furioso, cosa furiosa. GERM. Wütig, HISP. Furioso. ANGL. Furious, mad. } Liv. 7. ab Urbe, Inde terror maximus fuit, quod sacerdotes eorum facibus ardenteribus augur ibusque prælatis, incessu furiali militem Romanum insueta turbaverunt spacie. Idem lib. 10. Et dira execratio ac furiale carmen de testapæ familie

familiae, stirpique compositum. Cic. 2. Tusc. Hec me irritavit ueste furiali insciuia.

Furialiter, adverbium. μανικῶς, μανικῶς. Ovid. 3. Fast.

Non habet exactum quid agat, furialiter odit.

Furina dea, cuius sacra Furinalia dicit Festus. Sed legendum Furinalia. ||

Furiōsus, a, um : Furens, furibundus, vesanus. { γυνώς meschughghah:

μανικός. GALL. Furieux, forcené, enragé. ITAL. Furioso. GERM. Wütig, wünnig. HISP. Loco furioso. ANGL. Furious, mad, wood. } Dif-

fert autem furiosus ab insano mali magnitudine: insanus enim is di-

citur, cui mentis sanitatis non satis conitat, ita tamen ut officium tue-

ri possit, & communem vitæ cultum: furiosus autem qui omnino

mente alienatus est. Serv. in illud Virg. lib. 2. Aeneid.

Non tulit hanc speciem furiata mente Coræbus.

Furiatus (inquit) dicitur qui ex causa furit: furiosus, à quo furor nunquam recedit. Quod tamen omnino verum non est: sunt enim furiosi qui intermissionem habent: morbi & sanitatis intervalla. Ulpian. l. qui testamento, D. qui testamenta facere possunt. Nec fu-

rious adhiberi testis potest, quum compos mentis non sit: sed si

habet intermissionem, adhiberi potest. In hoc autem furiosus differt

à mente capto, quod furiosus rabie quadam animi agitur: is verò

qui mente captus est, in quiete agit, nullaque furoris ostendit indi-

cia. Unde mente captus videtur dici, qui eo morbo laborat, quem

Greci vocant μάνιος, quum scilicet λόγιστης, hoc est, pars rationa-

lis animæ vitiata est.

Furiōse, adverbium: Dementer, insanè, furenter. { μανικῶς, μανικῶς.

GALL. Furieusement. ITAL. Furiosamente. GERM. Wütiglich, wüns-

niglich. HISP. Furiosamente, y locamente. ANGL. Ragingly, lik a

mad body. } Cic. ad Attic. Etsi debet cum, quum aliquid furiosè fe-

cit, pœnitere.

Furo, nis, quoddam animal: & dicitur à furnus (leg. furuns.) Tene-

broso enim & occultos cuniculos effodit, & ejicit prædam, quam

invenit. Ita vet. Dict.

Furo, is, ere, à φερῆς, φερές. Furiosus sum, furore exagitator, insa-

nio, bacchor. { γυνωπη hischtagghéah. μάνιος. GALL. Forcener, en-

rager, estre insensé, & hors du sens. ITAL. Furiare, essere furioso.

GERM. Wütten/toben. HISP. Enloquecer. ANGL. To be mad or out of

his wits. } Cic. 2. de Divinat. Qui valetudinis virtus furunt, & me-

lancholici dicuntur. Idem lib. 3. Tusc. Quo genere Athamantem,

Alemaonem, Aiacem, Orestem furere dicimus. Idem, lib. 1. Offic.

Versatum & callidum factum Solonis, qui quo tutior vita ejus esset,

& plus aliquando Reip. prodesset, furere se simulavit. Idem de clar.

Orat. Eos furere, & bacchari arbitrabatur. Aliquando idem quod

vehementer irasci, & præ ira magnitudine furioso similem fieri.

Idem Quint. fratr. Clodius furebat, à Racilio se contumaciter, ut-

banque vexatum. Idem in Epist. Nunc furit Domitius, tam gavilos

homines suum dolorem. Senec. cap. 2. de cons. ad Marc. Furebat in

Livium Octavia. Velleius, Furente in gladios ambitu. Ovid. 13. Met.

— Virum morbis iraque furentem

Molliet.

Transfertur etiam ad alia, ut quum dicimus quempiam furere audacia, scelere, aut libidine: hoc est, præ audacia, scelere, aut libi-

dine præcipitem ferri, & à furioso non admodum differre. Cicer. in

Catil. Futens audacia, scelus anhelans Catilina. Idem 4. Tusc. Inflam-

matus & furens libidinibus.

Furēt̄, adverbium, insanè, morte furiosi. { μανικῶς. GALL. A la fa-

çon d'un insensé, & enragé, furieusement. ITAL. Furiosamente.

GERM. Wütiglich / mit wüten. HISP. Locamente, furiosamente.

ANGL. Ragingly, lik a mad body. } Cic. Attic. lib. 6. Dionysius mihi

quidem in amoribus est: pueri autem aiunt eum futenter irasci.

Furo, as: Furore concito, in furorem ago. { γυνωπη schigéah. σχιγίων.

GALL. Faire devenir furieux, faire forcener, & enragier. ITAL. In

furiare. GERM. Wütig/oder wünnig machen. HISP. Hazer à otro lo-

co. ANGL. To mak one mad. } Horat. lib. 1. Carm.

Quum tibi flagrans amor, & libido,

Qua solet matres furiare equorum.

Furūt̄, Furūt̄us, a, um : Furore concitatus. { γυνωπη meschughghah. οὐαρύλως.

GALL. Forcené, enragé. ITAL. Infuriato. GERM. Zu grimm und wüttig-

keit bewegt/erobt. HISP. Enloquecido. ANGL. Made mad. } Virg. 2.

Aeneid.

Non tulit hanc speciem furiata mente Coræbus.

Ubi Servius: Furiatus dicitur, qui ex causa furit: furiosus, à quo

furor nunquam recedit.

Furibundus, furens. { γυνωπη meschughghah. οὐαρύλως, πνεγκετηνός,

μανικός. GALL. Forcené, plein de rage, enragé. ITAL. Infuriato gran-

demente, furibondo. GERM. Hässig wütend. HISP. Mucho enloque-

cido. ANGL. Mad or raging woode. } Salust. in Catil. Tum ille furibundus,

quandoquidem circumventus, inquit, agor, incendum

meum ruina extinguam. Cicer. pro Sestio: At quum ille furibundus

incitata illa sua vecordi mente venisset, &c. Idem 13. Philipp. Cæsa-

ris enim incredibilis ac divina virtus, latronis impetus crudeles ac

furibundos retardavit.

Furtim, Furtivus, Furtum, Furunculus: vide Fur.

Furtūs, a, um : Niger, ater, obscurus. { שׁוֹר ebum, שׁוֹר schachor.

μύλας, ἀμαργός, οὐαρύλως. GALL. Noir, tenebreux. ITAL. Oscuro, ne-

ro, bruno. GERM. Schwarz. HISP. Negro, oscuro. ANGL. Blak, darke. }

Terent. Scaurus de Orthogr. Furvos dicimus, quos antiqui fuscos.

Ovid. lib. 5. Metam.

Ascalaphus videt quem quondam dicitur Orpne,

Inter Avernales haud ignorissima nymphas,

Ex Acheronte suo furvis peperisse sub antris.

Hostiæ furvæ dicebantur, quæ nigri erant coloris: quod hostiarum

genus diis inferis gratissimum putabatur. Varro apud Gell. lib. 18.

Romani furvum, atrum appellantur.

Fuscīnā, a, quasi fustina. Telum tridens, sive trisulcum, aut bisul-

cum, quo pescatores figunt anguillas, & ea quæ in imo aquæ fundo

natant. { תְּשִׁלְךָ שְׁלֵשֶׁלֶךָ killesch kileschón. δίκρας, τριάντα. GALL.

Vne fourchesiere à trois pointes. ITAL. Tridente, forcina. GERM.

Ein fischergarn. HISP. El errexa que de tres puntas de hierro. ANGL. A forke or trout spear with three pointes. } Erat autem hoc intigne, & velut sceptrum Neptuni, ut in Priapaz.

— Neptuni fuscina retum.

Cic. 1. de natura Deor. Dant etiam Deo arcum, hastam, clypeum, fuscinam, fulmen. ¶ Hoc etiam retiarii in gladiatoriis ludis utabantur. Juven. Satyr. 2.

Vicerat hoc monstrum tunicati fuscina Gracchi.

Matt. lib. 1.

Fuscina dente minax.

Vide & Suet. in Calig. cap. 30.

Fuscīnūlā, diminutivum: Parva fuscina. { δινογρίδη, ιχθύειτης. ANGL. A fleche hooke or little trout speare. }

Fuscūs, a, um, à φώκαιον: vel quod φῶκαιον. Color subniger, id est, non planè niger: qualis est Indorum Meridionalium, & Äthiopum color. { שְׁלֵשֶׁלֶךָ schechrachbör. φώκαιον. GALL. Brun, obscur, tenebreux. ITAL. Fosco, bruno, oscuro. GERM. Braunschwarz. HISP. Baço d' pardo en color. ANGL. Dunne or dacke colour. } Terent. Scaurus de Orthogr. Furvos dicimus quos antiqui fuscos. Fuscus pilus. Plin. lib. 8. cap. 21. Fuscum Falernum: Martialis. Fuscus equus. Ovid. 2. Fast.

Hesperus & fuscus roscidus ibat equo.

Fusca vox, est ea quæ clara, aut canora non est. Quintilian. Candida & fusca vox. Suet. in Neron. cap. 20. Exiguæ vocis ac fuscae. Cicer. 2. de natura Deor. Et vocis genera permulta, canorum, fuscum: lene, asperum: grave, acutum: flexibile, durum. Fusca laterna. Mattialis lib. 14.

Cornea si non sum, nunquid sum fusca?

Fusco, as, est fuscum, hoc est, subnigrum facio. { ψευδανθέα. GALL. Ofusquer, rendre noir & tenebreux. ITAL. Infoscare, far fosco, d' bruno. GERM. Schwarzelecht/oder braun farb machen. HISP. Embaçar y descolorar à oera cosa. ANGL. To mak dunne, or duskie. } Ovid. 1. de arte amandi,

— Fuscantur corpora campo.

Idem Eleg. 10. lib. 1. Trist.

Fuscabatque diem custos Erymanthidos ursa.

Idem Eleg. 1. lib. 2. Trist.

Composita est alijs fuscandi eura coloris.

Fuscator, is. { ψευδανθέα, φαρόν μείαν. GALL. Celuy qui offusque, qui rend tenebreux. ITAL. Chi fa bruno, d' fosco. GERM. Der da dunctelsatz oder schwärzlecht macht. HISP. Aquella obra de embazar y descolorar. ANGL. That maketh dunne or duskie. } Lucan. 4.

— quicquid cœli fuscator Eoi

Intulerat corpus.

Fusē, Fusilis, Fusim: vide Fundo, is.

Fusidius: Fæneratoris nomen, apud Horat. 1. Serm. sat. 2.

Fusidius vappa famam timet, ac nebulonis,

Dives agris, dives positis in fænore nummis.

Fusilius, pro Furius, Antiqui dixerunt: ut Valesius, pro Valerius. Author Festus. Ut lex Fusia Caninia, apud Justinianum lib. 1. Instit. quam Ulpianus in fragmentis tit. 1. §. 19. Furiam appellat.

Fusius: Oratoris nomen cuius meminit Cicer. lib. 2. de Orat. Fusius (inquit) nervos in dicendo C. Fimbriae, quos tamen habuit ille, non adsequitur: otis pravitatem, & verborum latitudinem imitatur, &c.

Fusio, Fusor, is: vide Fundo, is.

Fustanum, vel fustagnum, usurpant interdum pro gossipio. ||

Füsternā, a: Pars abietis superior, durior, & nodosior. Nam inferior, minùque nodosa, Sapinus dicitur. Plin. lib. 16. cap. 30. Abietis quæ à terra fuit, enodis est, hácque, quam diximus, ratione fluvia- ta decorticatur, atque ita Sapinus vocatur: superior pars nodosa duriorque, Fusterna. Non defunt qui malint legere Fusterna. Vide Abies.

Fustigo, fuste pulso, quasi fuste ago, μανιγέα. Onom.

Fustigatus βαρύτερος. Gloss. ||

Füstis, is, mascul. gen. à κ

— versato ducentem stamina fuso;

Virg. 4. Georg.

— dum fusis mollia pensa

Devolvunt.

Fūtilis, e, à fundendo, ut Festo videtur: aut certè, quod Vallæ placet, ab antiquo verbo, fūtio: à quo & Effūtare, propriè dicitur, quod liquorem sibi commissum non satis fideliter continet, sed protinus effundit. *χωρὶς*. Fūtile, vasis genus dicebatur, authore Donato, latissimi otis, ex altera parte arctum, quod statim positum effundebatur. Utebantur eo in sacrificiis Vestæ, quia aqua ad sacra hausta in terra non ponitur: quod si fiat, piaculum est. Unde excogitatum vas est, quod stare non posset, sed positum statim effunderetur. ¶ A quo fūtilis homo dicitur, qui continere tacenda non potest, sed ea effundit. { *περιτεκτονία*, φάναρος. GALL. Qui ne peut contenir ce qu'il tient ou fait languard, babillard, inutile, vain, de nulle importance, leger. ITAL. Che no può tener secreto, inutile, leggiere. GERM. Ein klaffer oder Klapperman/schroätzmaul. HISP. Vano, loco sin provecho. ANGL. A babler or lying teltayle. } Terentius in *Andr.* Tam iners, tam nulli consilii sum: servon' fortunas meas me commisile fūtili? Idem in *Adelph.* Tu quantus quantus es, nihil nisi sapientia es: Ille fūtilis, somnium. ¶ Accipitur etiam fūtilis pro vano, levi, & inutili. Cic. 1. de nat. Deor. Fūtiles, commentitiaeque sententiae. Sic Plin. lib. 33. cap. 2. causam fūtilem vocat, quæ levius est, & nullius momenti. Gellius cap. 8. lib. 4. Imbelles & fūtiles competitores.

Fūtilitas, atis: Vanitas, levitas. { *רוּחַ רִיקָה בְּבֵלָה*, υγείαν. GALL. Legereté, vanité en paroles. ITAL. Leggierezza, vanità. GERM. Leichtfertigkeit/vnnach tadern. HISP. Locura, vanidad en palabras. ANGL. Lightness, foolish babbling. } Cic. 2. de nat. Deor. Hæc & dicuntur, & creduntur stultissimè, & plena sunt fūtilitatis, summaque levitatis.

Fūtile, adverbium, pro fūtiliter. { *רוּחַ רִיקָה בְּבֵלָה*. GALL. En vain, inutillement. ITAL. In vano, inutilmente. GERM. Leichtfertiglich/vnnachlich. HISP. Loca, y vanamente. ANGL. Vainly, babblingly. } Ennius in *Phænix*: Ut citat Nonius, ut quod factum est fūtile, amici nos feramus fortiter.

Fūtō, is: Effundo. { *שְׁפֹךְ* schaphach. εὐχέσθαι. GALL. Espandre dehors. ITAL. Mandar fuori. GERM. Ausgiessen. HISP. Echar de fuera. ANGL. To bable foolishly. } A quo componitur Effūtio, de quo paulò ante in dictione Fūtūs.

Fūtūs: Vas aquarium, quo aqua in triclinium infundebatur. Sipontinus.

Fūto, as: Redarguo: à quo Confuto, & Refuto. { *חַוְכִיתָה hochiach*. εἰδίγειν. } Vide in dictione Refuto. Cato futavit, usus est, pro Sæpius fuit.

Fūtātim, adverbium antiquum, idem est quod profūsim. Plaut. in *Truc.*

Futatim nomen meum commemoravi ter.

Futuo, is, ere, obſcēnum verbum, significat rem cum muliere habere: à Græco φύταω, sive φύλαω: id est, sero, planto, semen ejicio, genero. Futum, i: Vas aquarium, quo in triclinio aquam infundebant, à fundendo dictum. Varr. de L. L. Alii legunt, *Futus*, is.

Fūtūrūs, a, um: Consequens, insequens, posterus, reliquus, impendens. { *τηνή ήσθιδη*. } Cic. Att. 93. Sed illum cum futurum puto qui esse debet. Ovid. 1. Metam.

Et fuga, qua sola cunctos timidissimè vincis,
Tarla fūtu a tibi est, gestamina tanta trahenti.

Plaut. *Pseud. sc. 1. a. 1.* Atque id unde futurum nescio, nisi quia futurum est. Idem *Men. sc. 1. a. 2.* Nam quid modi futurum est illum querere. Ovid. *Eleg. 8. lib. 1. Trist.*

Augurium ratio est & conjectura futuri.

Plaut. sc. 2. a. 4. Quid mihi futurum est, qui tibi hanc operam dedi? Idem *Mos. sc. 3. a. 1.*

¶ Fui, fui, apud comedos, Plaut. &c.

Fuit, pro fuit, antiqu. Turn. ¶

Fyterenus, Prol. Ferentanorum fluvius: Typernus aliis.

NOTÆ ANTIQUORUM.

F. Fecit, felix, familia, fuit, fit, figura, fides, filius, Februarius, Fluvius, faustum. F. pro, V. ut SERFS. servus, FIXIT, vixit.

FAB. Fabius, faber, fabrum. FAU. F. faustum factum.

F.C. fideicommissum, fiduciæ causa, fraude creditoris, faciendum curavit. FCD. Fraude credentes. FCL. Fraudatoris causa Latina. F. CL. Fraude clientis.

F.D. fides data, fecit dives, Deus. FDC. fideicommissum. FD.M. fides mundi. FD. AG. fundum agri.

FE. fecerunt, fortem. F.E. filius ejus. FEA. foemina. FEB. Februarius. F.E.D. factum esse dicetur. F. ED. factum edicto. F.E.D. Factum esse dicebatur. FEM. foemina. FER. fecerunt.

F.F. flando feriendo, fabrè factum, fidem facit, filius familias, fratrius filius. F.F. ferro, flamma, fame: fortior, fortuna, fato. F.F. fecerunt, fabricaverunt, sefellerunt, fabrefactum.

F.H. filius hæres. F.H. IV. fortunam hīc invenies.

F.I. fieri jussit. FI. B. fide bona. FIC. fiscus, vel fideicommissum. FIC. RP. C. fiscum Reipublicæ causa. FID. D. fide dignus. FID. F. fide factum. FID. IMP. fides Imperatoria. FID. INTER. fides interposita. FID. P. C. fides patrum conscriptorum. FID. P. R. fides populi Romani. FID. R. fides regia. FID. RP. fides Reipublicæ. FID. S. fides Senatus. FID. SER. fidelis servus. FIL. filius. FIR. fidejactores.

FL. filius. Flavius. Flamen. FL. F. Flavii filius. FLA. R. filia Regis. FL. fabrum. FL. flavus. F. M. fati munus, fieri mandavit, fecit memoriæ, factum monumentum.

F. M. I. fati munus implevit.

F. N. fides nostra. FN. AGR. fines agrorum. F. N. C. fidei nostra commissum.

FO. forum. FOR. fortè, fortis, foras, fortuna. FOR. RED. fortunæ reduci. FO. S. V. P. XX. INV. MM. LDBL. fode sub via pedes singuli, invenies monumentum laudabile.

F.P. forma publica. F.PP.R. forum populi Romani.

FR. frates, fronte, forum. F. R. forum Romanum, regum: finium regundorum. FRA. C. fraude creditoris. FR. COR. forum Cornelii. FRE. AR. fornaces aurifricum. FR. F. frattis filius. FR. I. forum Julii. FR. L. forum Livii. FRMS. firmissimus, fortissimus. FR. POM. forum Pompeii, vel Pomponii. FR. S. forum Sempronii. FR. forsan.

FS. fratres. FS. E. factus est. F.S. E. factum sic est. F.S. S. fraude sine fæ.

F. T. C. familia, vel famula testis causa.

FV. C. fraudisve causa. FVNC. functus.



LITERA muta est, quæ in verborum præteritis mutatur in c: ut, Legor, leetus: Agor, actus. Aliquando in s, ut Spargo, sparsi: Mergo, mersi. Aliquando in x, ut Rego, texi: Pingo, Pinxi. In Græcis quibusdam dictionibus nos G, pro K, substituimus: nam quod illi κύριος, nos cygnus: quod illi κύβος, nos gobius, vel gobio scribimus. Confirmat id Terent. Scaurus de Orbiogr. C, inquit, cognationem habet cum G: ideo alii dicunt

Gaunacen, alii Gaunacen: alii Camelum, alii Gamelum. || G, ponebatur pro N. apud antiquos, sequente videlicet alio g, aut c, aut n, de quo Varr. lib. 1. Analog. Aggulus, aggens, agguilla, iggerunt: in ejusmodi Græci & Attius noster binum g, scribunt, alii n, & g, quod in hoc veritate in facile videre non est. Similiter agceps, & agcora. Prisc. lib. 1. Ita stagnum, pro stanneum. Plaut. Muraticam autem video in vasis stagneis. Fest. Scribonius Largus, Pyxide stagna, vase stagno. Glossarium: stagnum, κυριόποιον. ||

G A

Gaba, per simplex b. { γαβα γεββαθ. γέβα. } teste Josepho lib. 5. antiqu. Iudaic. Galilæa oppidum est.

Gabale, es. { γαβα γεββαθ. γέβα. } Promontorium est in ora Syriæ, in quo sita est Laodicæa libera civitas. Author Plin. lib. 5. cap. 20. Hodie Gibel.

Gabales, apud Plin. lib. 4. cap. 18. Aquitanæ populi sunt.

¶ Gabalium. Serichatum & Gabalium cum cinnamo casiaque nasci in Arabia, tradit. Plin. lib. 2. cap. 21.

Gabalus, Romanorum Imperator fuit omni genere luxus effeminatestissimus: qui quum se solem appellari veller, quem Græci vocant, composita dictione vocatus est Heliogabalus. Author Scivius.

Gabalum, γαβαλον, oppidum Arvernorum, in ea parte Gallie Aquitanæ situm, quæ Narbonensem provinciam spectat. Hinc Gabales, γαβαλες, populi apud quos olim siebat optimus caseus.

Gabælūs, apud veteres crux, sive patibulum dicebatur. σωματικόν. Vario, Nos barbari, quod innocentis in gabalum suffigimus: homines vero, non barbari, quod noxios absolvitis? Nonius.

Gabæōn. { γαβανον γεββανόν. γέβανη. } Olim metropolis & regalis civitas Hevæorum, & nunc (ut refert Hieronymus) ostenditur villa eodem nomine ad quartum milliarium à Bethele contra Occidentalem plagam juxta Rhama, ubi Salomon oblati victimis divinum meruit oraculum,

Gabæōnites. { γαβανον γεββανόν. γέβανη. } Populi in Gabæo habitantes.

¶ Gabarus, insulsus, barbarus: unde Gabares mortuorum. Vide G. Isid.

Gabætæ, x. { γαβατæ kebabæ. τὸ μαζεύματος κατεῖναι καὶ μίζα κελλα. GALL. Un plat ou assiette creuse à mettre viande, une gatte ou jatte. ITAL. Vaso concavo di vivande, piatto. GERM. Ein schüssel oder blatt. HISP. Atayfor o escudilla de faldas. ANGL. A platter, or a brode dishelik a charger. } Vas concavum, edulis, pulmentariisque aptissimum. Martial. lib. 7.

Transcurrunt gabata, volantque lances.

Et alibi:

Sic implet gabata, paropsideisque.

Gabatha. { γαβαθα γεββαθ. γέβα. } Urbs Galilææ, teste Josepho lib. 6. Antiquitatum. ¶ Gabatha item via est lapidibus strata, & tessellata quodammodo.

Gabaopolis,

Gabaopolis, *γαβαύπολις*, oppidum Galilæe. Stephan. ex Josepho Antiquit. lib. 4.
Gibbâ, per duplex bb. { *גִּבְּבָה* ghibbâh. *גִּבְּבָה* } sive (ut alii scribunt) Gabaa, Syriæ urbs.
Gabienus, fortissimus dux classium Cæsaris, à Sext. Pompeio captus; ejusdem jussu incisa ceruice jacuit in littore tota die. Deinde quum ad vesperasceret, petiit ut Pompeius ad se veniret, testatus se ab inferis remissum, habere quod nuntiaret. Ex Plin. lib. 7. cap. 52.
Gibl'orūm, *גִּבְּלֹרְעָם*, Volcorum urbs fuit LXX. millibus passuum ab urbe distans, à Galacto & Bis fratribus Siculis condita, sicut scribit Solinus, fraude Sexti Tarquinii superbi filii, in Romanorum ditionem tedacta, ut tradit Livius lib. 3. ab Urbe, Gabiorum meminit & Virg. lib. 6. Aeneid.

Hi tibi Nomentum, & Gabios, urbemque Eidenam,

Hi Collatinas imponent montibus arces.

Gibinēs, e, adjectivum. Plin. lib. 2. cap. 94. Quædam verò terræ ad ingressus tremunt, sicut in Gabieni agro non procul ab urbe Roma.

Gabinus, a, um: ut, Gabina Juno. Virg. 6. Aeneid. Urbs Gabina. Ovid. 2. Fast. Robore freta Gabino. Claud. 2. Paneg.

Gabinus: Romanus, qui Ptolemaeum Auletem Ægypto pulsum in regnum reduxit, præsidiumque illi, quo adversus suorum infidias tutio esset, ex suis copiis reliquit. Author Plutarchus in vita Pompeii.

Gabinus cinctus, toga erat (sicut docet Servius) sic in tergum rejecta, ut una ejus lacinia revocata hominem cingeret: quo vestimenti genere utebatur Consul bella indicturus. Virg. 7. Aeneid.

Ipsa Quirinali traben cinctaque Gabino

Insignis referat stridentia limina Consul.

Eodem etiam Decios induitos fuisse legimus, quum se pro Republica devoarent.

Gabinus, Presbyter, civis Romanus, jussu Diocletiani Imperatoris in carcere conjectus est, ibique fame extensus, quod Christianam profiteretur religionem. Frater fuit Caii Pontificis, pater Susanna virginis & martyris, quæ nuptias filii Diocletiani recusavit. Volaterranus.

Gabriel. { *גַּבְּרִיאֵל* ghatriel. *גַּבְּרִיאֵל* } Vox Hebraica, quam Latinè Dei fortitudinem interpretari possumus. Isidor. lib. 7. Orig. c. 5. { Stercke Gottes. }

Gabula, Gebula, Leonardo Sidoniensi. A. sub P. Anthiocheno. || Gadateus, *גַּדְּתָאֵס*. Sophista, qui prius more mendicorum peregrinabatur, Maximiani beneficio Consulatum adeptus est.

Gadara, { *גַּדְּרָה* għedherah. *גַּדְּרָה* }. Civitas est in Decapoli Syriæ, non longè Ascalone: ex qua ortus est Theodorus Rheticus professor, quem Strabo sua ætate floruisse testatur. Meminit hujus opidi & Plin. lib. 5. cap. 18.

Gades, ium. *גַּדְּסָה*, r̄. Vulgo Galiz ò Caliz. Duæ insulæ sunt, teste Plin. lib. 4. cap. 22. ultra finem Bæticæ provinciæ, & in extremo nostri orbis versus Occidentem, ubi Europa ab Africa dirimitur. Hanc major, Erythria dicta est à Tyriis ab Erythræo mari oriundis, qui in hac insula urbem condiderunt. Dicitur à Calpe, teste Strabone, septingentorum quinquaginta stadii. intervallo: parva quidem insula, sed virorum dignitate excellens. In qua Equestris ordinis Gaditanos (*גַּדְּתָאֵס*, *גַּדְּתָאֵס*, *גַּדְּתָאֵס*, *גַּדְּתָאֵס*) quingentos in uno censu numeratos aliquando fuisse compertum est. Insula hæc ubi continentis est proxima, interluitur frœto pcc. non amplius pedum. ¶ Huius adjacet altera insula minor, & ipsa Gadis appellata, unius tantum stadii Euripo interlabente ab altera dirempta, in qua tanta est pabuli latitia, ut pecudum ibi paucitum lacatum non efficiat, neque ex eo caecus fieri possit, nisi multa admissa aqua. Quin illud etiam traditur, paucentes in hac insula peccudes, nisi subinde sanguinem exhauias, intra triginta dies pinguedine suffocari. Quæ res Poëtis occasionem videtur ministrasse eorum quæ de Geryonis armentis fabulati sunt. Author est Strabo lib. 3. Plin. tamen vult Geryones in majori insula habitat. ¶ Declinatur autem hoc nomen in utroque numero, dicimus enim Gadis in numero singulari pro alterutra harum insularum: vel in plurali numero Gades. Plin. lib. 4. cap. 22. Gadis longa est xi i. lata i i. m. passuum.

Gaditanus, a, um, *גַּדְּתָאֵס*; ut mate Gaditanum, vulgo Estrecho di Gibraltar: & Gaditanæ puellæ, quæ agilitatis lasciviaeque nomine olim in pretio fuerunt.

Gaditanus, oriundi à Tyriis. Lucanus,

Tyriisque à Gadibus hospes.

Gadir, unico d, scribendum, quem admodum & Gades, quum utriusque eadem sit origo. Est autem Gadir urbs opulenta in Gadibus, quæ ante Tartessos dicebatur, *ταρτεσός*, vulgo Caliz. Rufus Avienus in descriptione orbis,

Gadir prima fretum solida supereminet arce;

Attollitque caput geminis inserta columnis:

Hac Corinusa prius fuerat sub nomine prisca,

Tartessumque dehinc Tyrii dixere coloni:

Barbara quin etiam Gades hanc lingua frequentat;

Pœnus quippe locum Gadir vocat undique septum.

Quibus in versibus Avieni hoc animadvertisendum est, quod primò Gadir dixerit, fœmino genere usus. Salust. tamen lib. 3. hist. referente Priseiano, usus est in neutro genere. Tartessum (inquit) Hispaniæ civitatem, quan. nunc Tyrii mutato nomine Gadir habent.

Gadira: Punicum vocabulum est, teste Plin. lib. 4. cap. 12. quo illi septum significant. Unde insulæ duæ non procul ab ostio maris Mediterranei, Gades appellatae sunt: & insigne in illis insulis oppidum, Gadir est appellatum.

Geon, à Josepho dicitur esse Nilus. Rectius scripsit Crisbo.

Gætullæ, *גַּתְּלָלָה* Stephano, Africæ interioris regio est, Garamantibus proxima. { Ein landeschaft des innern Africa. } cuius incolæ Gætulli appellantur, qui primi omnium Africam tenuisse dicuntur, nullius imperio subjecti, nullasque habentes domos: sed ubi eos nox

deprehenderat, pernoctantes, carneque ferina, & terre pabulo videntes. Author Salustius in Jugurtha. Habet autem hæc dictio duas primas syllabas productas, quæcum diphthongo scribatur apud Græcos. Virg. 4. Aeneid.

— aut capitam ducat Gatulus Tarbas?

Juvenal.

Quum Gatula ducem portaret bellua luscum.

Gagæ, *גַּגְגָה*. Lycia oppidum ad Gagem amnem: à quo & nomen accepit. Author est Steph.

Gagates. { *גַּגְגָתָה*. GALL. Agathe, certaine pierre précieuse. ITAL. Pietra pretiosa. GERM. Ein edelstein/etliche wöhlen es sey ein schwärze agstein. HISP. El azavaje. ANGL. A jet stone. } Nomen lapidis in Gage Lycia fluvio primum reperti: quanvis etiam in Anglia abundet. Hic lapis, quanvis rufis & rusticus videatur, divini tamen nescio quid in se habet. Ignem enim alit in laternis, solo oleo extingibilem. Plin. lib. 36. cap. 19. Gagates lapis, nomen loci & amnis habet Gagis Lycia. Niger est, planus, pumicosus, non multum à ligno differens, levis, fragilis: odore, si teratur, gravis. Fictilia ex eo inscripta non delentur. Quum uritur, odorem sulphureum reddit: mirumque, acceditur aqua, oleo restinguitur. Fugat serpentes, recreatque vulvæ strangulationes. Deprehendit sonicum morbum, & virginitatem sufficit. Hæc Plin. qui per omnia ferè convenit cum Dioscoride, eo tamen excepto, quod gagatem aqua accendi tradit, & oleo restinguere: quod à Dioscoride & Nicandro Thracio lapidi verius tribuitur, cujus naturam Plinius cum gagate videtur confusisse.

Gages, *גַּגְגָנָס*. Lycia fluvius est, Phlagyopolin civitatem præterfluens: in quo gagates lapis primum inventus est. Author Diosc. lib. 5.

Gajacum, quod Guajacum & Guajacanum, lignum Indicum, cuius usus celebris est adversus luem Gallicam.

Galdorphium: Franciæ Orientalis oppidum, Curia Illustissimorum DD. de Limpurg, & Cochero illic præterlabente amoenissimum.

Gaim, *סְלֵוָה* denissima. Cod. II. antiqu.

Galaad, { *גַּלְּאָד* ghilkhâd. *גַּלְּאָד* }. Mons est, à quo civitas in eo condita sortita est vocabulum, quam & accepit de Amorætorum manu Galaad filius Machit filii Manasse.

Galacion, idem quod Galion, apud Diosc. lib. 4. cap. 95.

Gälætis, Tithymallus apud Diosc. lib. 4. cap. 168.

Gälætites, *גַּלְּאָתִים*, gemmæ genus lacte coloris, teste Plin. lib. 37. cap. 10. Est præterea galactites lapis cineritii coloris, qui coti maledactæ attritus, liquorem reddit colore & sapore laeti non dissimilem. Hic meliriti per omnia similis est: hoc uno differt, quod succus in quem dissoluitur, remissorem habeat dulcedinem. Vide Galena lib. 9. simpl. & Diosc. lib. 5.

Galactobadalon, apud Plin. lib. 26. cap. 9. idem quod Galebdolon, & Galopis, apud Diosc. lib. 4. cap. 95.

Gälætōphägi, *גַּלְּאָתִים פָּרָגָי*, cognominati sunt Mysia & Thracia populi, quod lacte aletentur. { Milchtrinker / völker in dem näheren und Europäischen Scythia. } Colum. lib. 7. cap. 2. Quibusdam nationibus frumenti expertibus victum commodat, ex quo Nomadum, Getarumque plurimi, *גַּלְּאָתִים פָּרָגָי*, dicuntur.

Galactopola, *גַּלְּאָתִים פָּרָגָי*, lactarius. Gloss. id est, qui vendit lac. ||

Gälætōpōræ, arum, *גַּלְּאָתִים פָּרָגָי*, lactis potu utentes. Quo cognomine dicti sunt populi aliquot in Scythia Europæa ex Nomadum Getarumque genere. { Milchtrinker / völker in dem näheren und Europäischen Scythia. } Colum. lib. 7. cap. 2. Quibusdam nationibus frumenti expertibus victum commodat, ex quo Nomadum, Getarumque plurimi, *גַּלְּאָתִים פָּרָגָי*, dicuntur.

